



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Ir[a]e propriae remedia sunt tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

INSTITV TIO. 129

iræ nutritur . Vnde Ecclesiæ . Non li- Eccl.8.
tiges cum homine linguato , & non
struas ligna in igne eius . Et Isidorus ; Isyd.
Quamvis quisque irritet , quamvis
criminetur , tu sile , tu tace , tu dissimula , quia tacendo uincis . Tertium
est exemplum Christi , qui iram iudeorum patienter tolerauit . Vnde
Isidorus . Disce à Christo toleran- Isyd.
tiam , & non dolebis iniurias , pro nobis
nanque passus est , flagellis cæsus ,
sputis derisus , clavis confixus , cruce
damnatus semper conticuit .

*Iræ propriæ remedia sunt
tria .*

Primum est silentium . Prou.12. Pro.12.
Fatuus statim indicat iram suā ,
&c . Vnde Glossa , naturā iræ
est , ut prolata , magis ferueat , occul-
tata uero languescat . Vnde Prou. Pro.27.
Qui imponit stulto silentium mitigat
iras . Psal. Posui ori meo custodiam , Psal.58
&c . Secundum est consideratio diu-
næ ordinationis . Nullum malum pœ-
næ potest inferri nobis , nisi diuina
ordinatione . Nullū aduersariū homo
haberet , nisi Deus potestatem dedis-
set ; & uniuersa quæ illi accidunt , abs-
que Dei uoluntate non ueniunt , ait

CHRISTIANA

Isyd. Isydonus. quā ergo magna consolatio
debet esse fidelibus? quia sicut dicit
Greg. Grego. Scit cælestis medicus quid no-
bis daturus est ad consolationem, &
quid subtracturus ad exercitationem.
Tertium est, cōsideratio propriorum
defectuum. Facilius enim quis por-
tat aliorum defectus, quando confide-
rat suos. Prou. Homo indigens miseri-
cors est, &c. Considerata profectio in
firmitate propria, mala nobis ipsa ex-
cusat aliena.

Pro. 19

Inuidia fugienda est pro- pter duo.

Rimum est, quia bonitati aduersa-
Ptur Dei. Bonitas enim Dei largi-
est omnibus, de quo dolent inui-
di, sed uolunt eam sibi esse largam, do-
lent enim de bonis proximi sui abs-
culpa eius. Vnde sapientiam Dei sui,
& bonitatem nequeunt cognoscere.
Sap. 6. Neq; cura inuidia tabescere
iter habeo, quoniam talis homo non
erit particeps sapientiae. Secunda, qui
inuidus diabolo assimiliatur. Sapie-
nia inuidia diaboli, mors introiuit in or-
bem terrarum, &c. et Isyd. Inuidus me-
brum est diaboli, cuius inuidia mors
introiuit in orbem terrarum diabo-

Sap. 6.

Sap. 2.

Isyd.